

& adulterium inundauerunt. & sanguis  
 sanguinem teagit. LXX. Audite uerba  
 dñi filii israhel quia iudicium dño adha-  
 bitator est terrae. quia non est ueritas.  
 neque misericordia neque scientia dñi su-  
 per terram. Maledictio. & mendacium.  
 & homicidium. & furtum. & adulterium  
 effusum est super terram. & sanguine  
 sanguini miscuerunt. **A** principio pro-  
 phetae usque ad hunc locum. submergetur  
 eius descriptio. & adulterae. quarum  
 post grauissimas poenas. & reflectione  
 longissimam. postea fit in pristinum uel  
 in meliorem statum restitutio decem tri-  
 buum. uel duarum. & in comune omnium  
 peccata numerantur. nunc rursus ad  
 israhel. id est ad decem tribus sermo  
 conuertitur. exponens non frustra  
 iratum dñm. tam grauiam comminari. & infer-  
 re supplicia. ne forsitan non ex ueritate.  
 sed ex potentia dñi iniuste uide-  
 atur in eis. qui non peccauerunt. lata sen-  
 tentia. Audite inquit prophetae uerba  
 dñi. o filii israhel. quia uult dñs cum suo  
 populo iudicari. & exponere causas  
 indignationis suae. non est ueritas. &  
 non est misericordia. & non est scientia  
 dñi in terra. Nec ueritas enim absque mise-  
 ricordia sustineri potest. & misericor-  
 dia absque ueritate efficit negligentes.  
 unde alterum miscetur altero. quae

qui non habuerit consequenter. & dñi nomina  
 non habebit. sed e contrario pro ueritate  
 mendacium. & pro misericordia maledic-  
 tio. homicidium. furtum. adulterium. non  
 dixit est. sed ut delictorum abundantiam  
 demonstrat. Intulit redundauerunt. ut  
 proficiantia quae non est in terra. sanguis  
 sanguinem teagit. siue sanguine sanguini  
 miscunt. ut augetur peccata peccatis. &  
 nouis uetera cumulantur. uetera autem.  
 qui habitatores sunt terrae. & non incolae.  
 ad iudicium prouocantur. quia a facie aequi-  
 lonis exardescunt mala super habitatores  
 terrae. & in apocalypsi iohannis. Uae. uae.  
 uae dicitur. super habitatores terrae.  
 qui autem post cum prophetae dicere. adue-  
 nasum apud te. & peregrinus sicut omnes  
 patres mei. & pertransit mundum istum  
 quasi accola. & peregrinus ueritatem sequitur.  
 & in misericordiam. & scientiam dñi. Ne inunda-  
 tione maledicti. atque mendacii. homicidii.  
 & furti. & adulterii. & sanguinis opprimat.  
**P**ropter hoc lugebit terra. & infirmabitur  
 omnis qui habitat in ea. In bestia agrum. & in uo-  
 lucre caeli. sed & pisces maris congregabunt.  
**LXX.** Ideo lugebit terra. & in uolantibus cum om-  
 nibus qui inhabitant eam. cum bestis agrum.  
 & cum uolantibus caeli. & pisces maris des-  
 cient. Quia non est ueritas. & non est mise-  
 ricordia. & non est scientia dñi super terram.  
 Sed e regione maledictum. & mendacium. &